

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9463

**Auteur(s) :** Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Guillaume, Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbé)

**Genre d'acte :** lettre

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1178-1179]

**Action juridique :** notification

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Rotrou, archevêque de Rouen, prend sous sa protection l'abbaye de Savigny et confirme à l'abbé Guillaume les donations antérieures.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 974, n° 988.

### Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, diversis episcopatis, n° XXXI)

#### Texte d'après A

Rotrodus Dei gracia Rothomagensis archiepiscopus dilecto filio suo Guillelmo abbatи Savigneii suisque successoribus et toti conventui imperpetuum. Cum ad nostrum spectet officium ecclasticas personas per provinciam nostram protegere et eorum bona tueri, eis precipue qui in Dei servitio videmus assidue mancipatos tanto diligentius tutele debemus et protectionis opem prebere, quanto vigilantius eas laboribus et servitio divino noverimus insudare ea propter, dilecti in Domino filii, omnia beneficia vestra que nobis a fidelibus collata sunt in perpetuam elemosinam quiete et integre vobis habenda concedimus et firvamus in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono Ranulfi de Filgeriis concessione comitis Moretonii et Henrici Anglorum regis totam forestam Savigneii sicut cingitur tribus aquis Camba, Cambesna et Nigra Aqua, cum omnibus pertinentiis suis et dimidium molendinum de Romigneio cum masura et terra molendinarii et aliis pertinentiis suis et in parrochia Savigneii terram que vocatur Colmaillani cum pertinentiis suis et ex dono ejusdem piscariam de Domvilla cum pertinentiis suis. Ex dono Henrici et ex dono Radulfi filii sui totum dominium suum de maretis Maidreii. Ex dono ejusdem Radulfi filii Henrici totum dominicum suum de Verdum. Ex dono Richardi Bastart et Marie neptis ejus quicquid habuit Guillelmus Bastart in parochia Savigneii concedente Radulfo de Filgeriis. Ex dono Ricardi filii Juhelli quartam partem Savigneii et quicquid ipse habebat in parrochia Savigneii concedente similiter Radulfo de Filgeriis. Ex dono Henrici regis vineam de Campobotri cum pertinentiis suis. Ex dono Herberti, Achardi Abrincensium episcoporum et capituli Abrincensis decimam eiusdem vinee. Ex dono Henrici de Filgeriis et Radulfi filii sui et hominum suroum elemosinas ad grangiam de Campobotri pertinentes. Ex dono Roberti filii Martini et Matildis uxoris ejus terram de Vengons cum nemore et molendino et molta ejusdem ville et aliis pertinentiis suis. Ex dono Alani de Estarvilla concessione Ricardi Baiocensis episcopi decimam sue proprie carruce. Ex dono Guillelmi de Sancto Claro et Hamonis patris ejus concessione Stephani comitis Moretonii et Ricardi

Baiocensis episcopi sextam partem de Taon cum omnibus pertinentiis suis tam in secularibus quam ecclesiasticis rebus et terram de Vilers cum molendino et molta totius terre que fuit Ricardi de Vilers et cum aliis pertinentiis suis et terram de Melfa cum pertinentiis suis. Ex dono Gaufridi de Clintone et Gaufridi filii ejus molendinum de Brencia cum masura juxta molendinum et aliis pertinentiis suis. Ex dono Roberti filii Ernesii terram de Basenvilla cum pertinentiis suis. Ex dono Roberti de Tostis concessione Ricardi episcopi et capituli Baiocensis terram de Escuris cum pertinentiis suis. Ex dono Guillelmi camerarii de Tancarvilla landam de Tor. Ex dono Guillelmi de Ruperia terram de Guimont cum pertinentiis suis. Ex dono Rogeri fratris ejusdem terram de Gornai cum pertinentiis suis. Ex dono Guillelmi Patricii in Proceio medietariam de Haiis et in Landisac medietariam de Nuce et molendinum cum pertinentiis suis. Ex dono Jordani Taisson terram de Veeiis. Ex dono Roberti de Caligneio terram de fontibus et terram de Cauneria cum pertinentiis earum. Ex dono Roberti filii pagani terram de Romagneio cum pertinentiis suis. Ex dono Ricardi Bacon terram de Plana silva cum pertinentiis suis. Ex dono Radulfi de Vireio et generorum ipsius Guillelmi et Oliverii et hominum suorum elemosinas de terra Guasta cum pertinentiis suis. Ex dono Pagani de Sancto Bricio et Gervasie uxoris sue et filiorum suorum terram Melion et masuram Anchier et Aurineriam. Ex dono Rogeri de Vireio et Jacobi et Petri de Sancto Hylario landam Gaufridi cum pertinentiis suis. Ex dono Eudonis de Logis terram de Logis cum pertinentiis suis. Ex Roberti Marmion concessione Galeranni comitis de Mellent et Ricardi Baiocensis episcopi terram de Barbereio et molendinum et nemus et terram de Josches et molendinum cum pertinentiis suis. Ex dono Mathei de Praeriis et Roberti fratris ejus et Petrose matris eorum terram de Venjons cum pertinentiis suis. Ex dono Radulfi de Rovecestria terram de Sancta Maria Lernost cum pertinentiis suis. Ex dono Hasculfi de Soligneio terram de Vacuavalle cum pertinentiis suis. Ex dono Guillelmi de Plaissitio et Normanni de Castaneis et Galteri filii Emme terram de Castaneis cum pertinentiis suis. Ex dono Oliverii filii Alani et Marie uxoris ejus dimidium molendinum de Pasbran cum pertinentiis suis. Ex dono Guarini Tirel XXX acras terre in Pasbran. Ex dono supradicti Oliverii filii Alani et Marie uxoris ejus terram de Surdavalle. Ex dono Roberti de Helceio et Guillelmi fratris ejus terram de Helceio cum pertinentiis suis. Ex dono Gaufridi de Ferreriis et hominum ejus terram de Brollio Doet cum pertinentiis suis. Ex dono Roberti Piscis terram de Vaeceio cum pertinentiis suis. Ex dono Ranulfi Grimaudi et Guillelmi Gorun VII acras terre juxta civitatem Abrincensem. Ex dono Rualoni de Home I acram terre juxta villam de Homme. Ex dono Roberti de Apenticio, concessione Turgisii Abrincensis episcopi ecclesiam de Apenticio cum cimiterio et terram elemosine et decimam totius parrochie et aliis pertinentiis. Ex dono Turgisii Abrincensis episcopi concessione duorum fratum Ranulfi et Guillelmi de Vireio et uxorum eorumdem ecclesiam de Vireio et decimas tocius parrochie exceptis duabus garbis de masura Lanie, et ecclesiam de Briceio ex integro, et decimas totius parrochie ex integro et ecclesiam de Molinis et decimas tocius parrochie ex integro et ecclesiam de Maldreio ex integro et decimas tocius parrochie excepta tercia garba quam habent sanctimoniales Redonis et exceptis duabus garbis de terra Chalceii. Ex dono Achardi Abrincensis episcopi et concessione radulfi de Filgeriis et hominum suorum tres partes ecclesie de Savigneio et decimarum tocius parrochie. Ex dono Ricardi Baiocensis episcopi concessione Guillelmi de Sancto Claro et Hamonis fratris ejus ecclesiam de Vilers ex integro et decimas ejusdem parrochie. Ex dono ejusdem et concessione Radulfi Colombe partem ecclesie de Caron cum pertinentiis suis. Ex dono ejusdem R. Baiocensis episcopi concessione Guillelmi Patricii ecclesiam de Landisac cum decimis ejusdem parrochie et aliis pertinentiis. Ex dono ejusdem R. Baiocensis episcopi cocessione Roberti Marmion ecclesiam de Barberio. Ex dono R. Constanciensis episcopi et ex dono Rannulfi et ex dono Rannulif et Guillelmi de Vireio fratum ecclesiam de Monte Martini ex integro et decimas tocius ejusdem parrochie et ecclesiam de Hodoinmaisnilio et terciam partem decime ejusdem parrochie et ecclesiam de Quetevilla et decimas ejusdem parrochie ex integro excepto feodo Gisleberti de Hoga et capellariam de Saeio et ecclesiam de Govilla et decimas ejusdem parrochie ex integro exceptis XX quarteriis ordei que Exaquiensi cenobio a vobis redduntur. Nos autem quod dominus Papa ex auctoritate nobis concessit quod scilicet presentationem capellanorum et liberam dispositionem nos habere concedimus hec omnia quecumque Deo propicio justis modis adquirere poteritis sub nostra et ecclesie Rothomagensis protectione recipimus statuentes ne quis super his vos temerarie perturbare aut inquietare presumat quod qui presumere attentaverit ecclesiastici rigoris vindictam et districti judicis ultiōrem se noverit incursum. Ut ergo vobis omnia in perpetuum firme et stabiliter conserventur presentis pagine inscriptione et sigilli nostri auctoritate confirmamus. Testibus his, Girone archidiacono, magistro Daniele capellano, magistro Rainaldo, magistro Thoma, Gaufrido nepote archiepiscopi, Guillelmo de Sancto Ligerio.